

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DLXXVII. ad annum DXC.

Parisiis, 1644

Epistola XXXVIII. Gregorii Papae I. Ad Felicem Episcopvm Messanensem.
De monasterio sancti Theodori ordinando.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15221

EPISTOLARVM LIBER I. 201

Summam vero impensionum sub festinatione transmitto, & ad paschalem diem Domino auxiliante occurrito.

EPISTOLA XXXVIII.

GREGORII PAPÆ I.

AD FELICEM EPISCOPVM MESSANENSEM.

Demonasterio sancti Theodori ordinando.

Gregorius Felici episcopo Messanensi.

Et tibi gratum confidimus si fratriis tui viri venerabilis episcopi Paulini peregrinationis onera releuentur, & sub eius regimine communi mercede beati Theodori monasterium in ciuitate tua fundatum studiosius omnipotenti Deo deseruiat. Quod etiam te iam voluisse facere, eius relatione didicimus. Ideoque rectori patrimonii nostri præcepimus, vt monachos monasterii memorati episcopi perquisitos ad vnum congreget, & in eodem monasterio cum iis qui nunc ibi sunt collocare non differat; quatenus eo rectore dignius animarum suarum curam exerceant. Quam rem venerationi tuæ innotescendam præuidimus: ne te omisso aliquid ordinatum in tua contristeris diceces.

EPISTOLA XXXIX.

GREGORII PAPÆ I.

AD PETRVM DIACONVM.

De monachis dispersis per Siciliam.

Gregorius Petro diacono.

VENERABILIS Paulinus episcopus Tauri ciuitatis, prouinciæ Brutiorum, nobis afferuit monachos suos occasione dispersos barbarica vsque nunc per totam vagari Siciliam, & eos quippe sine rectore nec animarum curam gerere, nec disciplinæ sui habitus indulgere. Qua de re præcipimus eosdem monachos te omni cura & solicitudine perquisitos ad vnum reducere, & cum memorato episcopo rectoreque suo in monasterio sancti Theodori in Messanensi ciuitate posito collocare: vt & hi qui nunc ibi sunt, quos egere rectore comperimus, & illi quos de congregatione eius inuentos reduxeris, in vnum possint eo

Concil. Tom. 13.

Cc